



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

EJERCICIOS ESPIRITUALES

~~~~~

Deseando continuar con la práctica de los Santos Ejercicios Espirituales que tanto bien producen en las almas, invitamos al Clero de nuestra amada Diócesis y muy principalmente á los señores á quienes por turno correspondan, para que asistan á los que bajo la dirección de los PP. de la Compañía de Jesús, tendrán lugar en nuestro Seminario Conciliar de San Froilán, divididos para mayor facilidad en dos tandas, como el año anterior: la 1.<sup>a</sup> á la que Nos esperamos asistir, dará principio el día 4 del próximo Julio; y la 2.<sup>a</sup> el día 18.

Los Sres. Arciprestes se servirán dar aviso á nuestra Secretaria de Cámara con la conveniente anticipación, del número que ha de asistir á cada una de las tandas, al objeto y en la forma prevenida en el número 23 del BOLETÍN, correspondiente al 8 de Junio de 1887.

León, 22 de Mayo de 1894.

† FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.

---

EX S. CONG. INDULGENTIARUM

*Fideles in communi Rosarium recitantes abstineant ab occupationibus internam attentionem impediuntibus.*

GANDAVENSIS

Vicarius Generalis Dioecesis Gandavensis huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae exponit, quod in Collectione Authentica Decretorum ejusdem S. C. auctoritate SS. D. N. Leonis Papae XIII edita anno 1883, Decretum extat sub num. 384, hujus tenoris: «Ordinis Praedicatorum.—Porrectis precibus a P. Procuratore Ord. Praed. huic S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, EE. PP. in generalibus Comitibus apud Vaticanas Aedes, die 11 Dec. 1857 habitis, propositum fuit dubium dirimendum: *An, scilicet, consulendum sit SSmo. ut concedere dignetur, ut omnes utriusque sexus Cristifideles rosarium vel tertiam ejusdem partem in communi recitantes lucrentur indulgentias a fel. rec. Benedicto Papa XIII concessas, licet manu non teneant Rosarium benedictum, ac sufficere ut una tantum persona, quaecumque ea sit ex communitate, illud in manu teneat, eoque in recitatione de more utatur?* Qui, audito prius Consultoris voto, ac rebus nature discussis, responderunt: *Afirmative.*—Facta itaque per me S. C. Secretarium SS. D. N. Pio Papae IX relatione fideli in Aud. die 22 Ian 1858, Sanctitas Sua precibus ejusdem P. Procurat. Gen inclinata, nec non votum S. Congregationis approbans, benigne annuit, addita tamen expressa conditione, quod fideles omnes, ceteris curis semotis, se componant pro oratione facienda una cum persona quae teneat coronam, ut rosarii indulgentias lucrari queant.»

Iam vero non una est sententia de sensu illorum verborum «*ceteris curis semotis se componant, etc.*» alii enim ita verba illa interpretantur ut qui rosarium recitant a quacumque etiam externa occupatione se abstinere teneantur; alii vero ita intelligunt ut fideles se tantum ab iis occupationibus abstineant, quae actualem attentionem circa mysteria meditanda impediunt.

Iam quaeritur ab hac S. Congregatione quid sit in casu sentiendum?

Porro S. C., re mature perpensa, respondendum censuit:

Fidelibus ab iis tantum occupationibus exterioribus esse abstinendum, quae internam attentionem impediunt ad devotam rosarii recitationem pro lucrandis indulgentiis praescriptam.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. C. die 13 Novembris 1893.—† *Fr. Ignatius Card. Perisco*, Praef.—A. Archiep. *Nicopolitan.* Secrs.—L. † S.

---

## RESOLUCIONES DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE LA INQUISICIÓN

---

Specialis examinis obiectum cultus S. Ioseph sub titulo Amicus S. Cordis (Amico del S. Cuore) factus est: et Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei ac morum generales Inquisitores, omnibus mature perpensis circumstantiis maxime in casu occurrentibus, decreverunt cum approbatione Sanctissimi D. N. Leonis PP. XIII, CIRCA REM PROPOSITAM INTERLOQUENDUM NON ESSE.

Insuper praelaudati Emi. Patres S. R. Congregationem monendam mandarunt, ne in posterum decreta, rescripta, etc., emanent, in quibus quomodocumque novus titulus, de quo supra, approbetur, aut etiam in quibus de eo simpliciter mentio fiat.

Dubium I. Utrum approbari vel saltem permitti conveniat specialem cultum Vultui adorabili Divini Redemptoris, et ab illo consueto usque adhuc Sancti Vultus imagini tributo, diversus, a Sacerdotibus a Sancto Vultu (Santa Faz) dictis, Turonibus institutis, maximopere propagatum per annales relativae Archisodalitatis?

Dubium II. Utrum ad propagandum stabiliendumve cultum, de quo in altero quaesito, Ecclesiam aut publicum Oratorium dedicari, Sodalitates ac etiam aliquam religiosam Congregationem vel Institutum sub titulo Sancti Vultus fundari conveniat?

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei et morum generales inquisitores, re mature perpensa, respondendum mandarunt:

Ad Dubium I. *Non exnedit.*

Ad Dubium II. *Negative; et ad mentem.*

Mens est: Sancta Sedes titulum adoptans *Sacti Vultus*, tum in BREVI diei 16 Decembris 1884, speciales indulgentias Sodalitati sub tali titulo Turonibus erectae concedente, tum in BREVI diei 30 Martii 1885, Sodalitatem ad Archisodalitatis gradum elevante, favere minime intellexit, multoque minus sive directe, sive indirecte approbationem dare speciali distinctoque cultui, adorabili Vultui Redemptoris tribuendo, eo modo, quo a Presbyteris a *Vulto Sancto* dictis speciatim proponitur atque propagatur.

Sancta Sedes unice venerationi favere intellexit iam ab antiquis temporibus erga imaginem Vultus Divini Redemptoris, aut eiusdem imaginis exemplaria habitae; ut in fidelium mentibus, ex veneratione contemplationeque praedictae imaginis passionum Christi magis in dies memoria succrescat, eorumque in cordibus dolor culparum, ardensque desiderium iniuriis Divinae Maiestati illatis reparandi, augeantur.

Sequenti vero feria V, facta de his Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII relatione in audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, eadem Santitas Sua Eminentissimorum Patrum resolutionem approbare dignata est.

---

### DECRETO DE LA S. C. DE RITOS

PROHIBIENDO QUE SE CELEBRE CON RITO ESPECIAL  
EL CENTENARIO DE LA NATIVIDAD DE LOS SANTOS.

---

Postremis hisce temporibus mos invalescere coepit ut centenaria commemoratio diei natalis aliquorum Caelitum personae lemni pompa recoleretur. Hinc a Sacra Rituum Congregatione petitum fuit declarari: Utrum temporalis nativitas alicujus Sancti vel Beati, excepta illa Deipare Virginis nec non S. Joannis Baptistae, celebrari possit liturgico ritu vel alio sacrae solemnitatis modo?

Hujusmodi Dubium quum in Ordinariis Sacrorum, Rituum Congregationis Comitibus subsignata die ad Vaticanum habitis, a me infrascripto Cardinali Praefecto propositum fuerit, Rmi. Rmi. Patres ita rescribere censuerunt:

*Negative, etiamsi celebratio fieret die obitus vel alio quocumque die memoriae ejusdem Sancti vel Beati adsignato. Die 19 Decembris 1893.*

Facta autem de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per meipsum infrascriptum Cardinalem Prefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ejusdem Congregationis adprobavit, eamque per praesens Decretum evulgari mandavit ut ab omnibus et ubivis religiosissime servetur. Die 21 iisdem mense et anno.—CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Praef.—VICENTIUS NUSSI, Secret.

---

## COLLATIONES MORALES PRO MENSE JUNII.

---

### 1.<sup>a</sup>

Exponatur doctrina de virtute in genere, ac de Religionis natura et actibus

#### *Casus.*

Paula magnam experitur devotionem erga Missionarium nuper cum fama sanctitatis defunctum. Quapropter ejus effigiem domi supra altariolum collocatam venerari assolet, et flexis genibus illius patrocinum implorat, sive sola, sive cum aliis e vicinia aduentantibus. Imo stipendium offert alicui Sacerdoti, ut Missam in ejus honorem celebret.

#### *Quaestio liturgica.*

Cui liceat Sacramenta administrare?

### 2.<sup>a</sup>

Exponatur doctrina de devotione et oratione, ac de earum necessitate et conditionibus.

#### *Casus.*

Rufina, prioris fervoris oblita, frequenter inter orandum voluntarias admittit distractiones, et ad hunc ignaviae gradum

devenit, ut per mensem et amplius orationes quaslibet omnino intermiserit. Tandem, audita concione de orationis necessitate, dolens et ingemiscens ad Parochum confitendi gratia accedit.

*Quæstio liturgica.*

Quæ servanda sint ante Sacramentorum administrationem?  
Quæ in ipsa administratione, et quæ post administrationem?

3.<sup>a</sup>

Exponatur doctrina de meditatione, ejus necessitate, et de tentationibus in meditatione. Item, de contemplatione et quæ sint ejus gradus.

*Casus.*

Macrina, Monialis, observatiarum communium parum studiosa, verum singularitatibus multum dedita et in sensu suo satis pertinax, frequenter jejunat, de nocte surgit ad orandum, et similia quædam facit, quæ iam in evidens periculum inducunt, attenta ejus physica constitutio, morbos graves contrahendi, vel etiam vitam amittendi. A superiore sua sæpe monita ne talia faciat, nihilominus hanc agendi rationem servat, eo quod, inquit, occasionem dare Deo velit exercendi et ostendendi benignam quam habet curam de iis qui pœnitentiæ operibus vacant, simul et potestatem quam habet illos ab omni malo servandi.

*Quæstio liturgica.*

Quanta obligatione et diligentia sint Sacramenta administranda?

4.<sup>a</sup>

De Horarum canonicarum definitione, numero, origine et obligatione.

*Casus.*

Antonius, ad officium obligatus, aliquando ex errore et alias scienter, Officium aliquod pro altero recitavit, v. gr., Officium alicujus Sancti pro feria, aut viceversa, vel unius

Sancti pro alio; nec recitationem iteravit, hoc innixus axioma: *Officium pro Officio*. Aliquando abstinet ab anticipanda recitatione Officii in vigilia, quamvis illud facile recitare possit, et insuper impedimentum pro die sequenti integra prævideat.

*Quæstio liturgica*

Quæ reverentia sit facienda SS. Eucharistiæ Sacramento, et quæ veneratio sit ei debita?

---

REAL ORDEN

sobre la forma en que se han de expedir los documentos de construcción y reparación de Templos.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.—*Negociado 8.º*—*2.º de Asuntos Eclesiásticos*.—Excmo. Sr.: El tribunal de Cuentas del Reino, en cumplimiento del Reglamento de Ordenaciones, aprobado por Real decreto de 24 de Febrero de 1891, se ha dirigido á este Ministerio por medio de la Ordenación de Pagos, manifestando la necesidad de que se acompañen á las Reales órdenes de consignación de fondos las certificaciones de obras y relaciones de honorarios que las motivan, y siendo por otro lado indispensable que en el expediente de cada templo ó edificio religioso que obre en esta Secretaría exista un ejemplar de los documentos citados como garantía de dichas consignaciones; S. M. la Reina (q. D. g.), Regente del Reino en nombre de su Augusto Hijo, ha tenido á bien disponer que se manifieste á V. E., como Presidente de esa Junta Diocesana, que en lo sucesivo cuide de que, tanto las certificaciones justificativas de las obras ejecutadas por los Contratistas, como las cuentas de las que se lleven á cabo por Administración y las minutas de honorarios devengados por los Arquitectos directores de las mismas, se remitan por duplicado, pues de no venir en esta forma, no podrá acordarse el pago del importe que representen dichos documentos.

De Real orden lo digo á V. E. para su conocimiento y efectos consiguientes.

Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 9 de Abril de 1894.—*Trinitario Ruiz Capdepón*.—Excmo. Sr. Arzobispo de Santiago.

**SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.**

|                                                                                                                                                                                                                                                       | <i>Rs. Cs.</i> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------|
| <i>Suma anterior</i> .....                                                                                                                                                                                                                            | 12534 20       |
| D Tomás Alonso.....                                                                                                                                                                                                                                   | 20 »           |
| El Párroco y feligreses de Vegas del Condado, según lista.....                                                                                                                                                                                        | 31 »           |
| El Párroco 10 rs. Rosa Recio Solis 2. Un anciano de 82 años 2.                                                                                                                                                                                        |                |
| Una devota 4. Baltasar Cueto 3. Bonifacio del Valle 2. José Lasco 1.                                                                                                                                                                                  |                |
| Miguel González 2. Gregorio Boiso 2. Gerónimo Carcedo 1. Rafael Otero 1. Buenaventura Cueto 1.                                                                                                                                                        |                |
| El Párroco y feligreses de San Pedro de Valderas, según lista.....                                                                                                                                                                                    | 56 »           |
| El Párroco 20 rs. Cayetano García 8. Josefa González 8. Celestina Blanco 4. Lucas Juarez 1'50 Eulogio González 1'50 Lino Casado 8. Pedro Páramo 4. Saturnino Cepedal 1.                                                                               |                |
| El Párroco de San Pedro Cansoles.....                                                                                                                                                                                                                 | 50 »           |
| El Párroco de Quintanilla del Monte.....                                                                                                                                                                                                              | 20 »           |
| El Párroco de Villabalter.....                                                                                                                                                                                                                        | 20 »           |
| El Párroco y feligreses de Palacio de Valdellorma, según lista.....                                                                                                                                                                                   | 19 »           |
| El Párroco 8 rs. Juana Sánchez 0'40 Francisca Ferreras 1. Rafael Valladares 2. Rogelio Robles 0'60. Gregorio González 1'60 Inocencio Aller 1. Leonardo Aller 1. Sabina Valladares 0,80. Francisca Corral 0'60.                                        |                |
| El Vicario y algunos feligreses de Lugán.....                                                                                                                                                                                                         | 30 »           |
| El Vicario de Villeza.....                                                                                                                                                                                                                            | 6 »            |
| La Maestra de id.....                                                                                                                                                                                                                                 | 2 »            |
| El Párroco de Taranilla.....                                                                                                                                                                                                                          | 20 »           |
| D. Manuel Nieto.....                                                                                                                                                                                                                                  | 20 »           |
| El Párroco y feligreses de Ligüerzana, según lista.....                                                                                                                                                                                               | 42 »           |
| El Párroco Miguel Fraile 20 rs. Lucas Villegas 2. Vicente Ruiz 2. Paulino Ligüerzana 1. Antonio Mediavilla 2. Domingo Ruiz 2. Gaspar Ruiz 2. Diego Velez 3. Eulogio García 1. Fermina Villegas 2. Eugenio Valle 1. José Velez 2. Gervasia Villegas 2. |                |
| El Párroco de Valporquero de Rueda.....                                                                                                                                                                                                               | 8 »            |
| D. Manuel Rodrigo.....                                                                                                                                                                                                                                | 2 »            |
| El Arcipreste y Párroco de Buenavista.....                                                                                                                                                                                                            | 40 »           |
| El Párroco de Tablares.....                                                                                                                                                                                                                           | 36 »           |
| El Párroco de Santa María de Moral de la Paz.....                                                                                                                                                                                                     | 12 »           |
| Un devoto de Villacé por Febrero.....                                                                                                                                                                                                                 | 20 »           |
| <i>Suma</i> .....                                                                                                                                                                                                                                     | 12988 20       |